tam ardenter solidasti ut nullis car
nalibus blandimentis nullis tirannorum
minis nullis quoque carnificum gladiis siue
sagittis a tua cultura potuit reuoca
ri da nobis miseris peccatoribus di
gnis eius meritis et intercessionibus in
tribulatione auxilium in persecutione
solatium et in hoc tempore contra pestem
epidimie remedium. quatinus possimus
contra omnes dyabolicas insidias virili
ter dimicare mundum et ea que in eo sunt
despicere et nulla eius aduersa formi
dare. Ut ea que te inspirante desideramus
valeamus obtinere. Per xpm dnm. &c.

De pluribus martiribus. an.

Isti sunt qui pro dei amore mi
nas hominum contempserunt. sancti martires
in regno celorum exultant cum angelis. O
quam preciosa est mors sanctorum qui assidue
assistunt ante dominum et ab inuicem non sunt se
parati. V. Exultent iusti in conspectu dei.
R. Et delectentur in leticia. Oratio.

Deus qui nos concedis sanctorum
martirum tuorum. N. et N.
suffragiis adiuuari. da nobis in eter
na beatitudine de eorum societate gau
dere. Per eundem xpm dnm nostrum
Amen. De sancto nicolao episcopo a.